



Iesus Maria cum Beato Francisco.

RESPONSVM IVRIS

PRO

EXCELLENTISSIMIS

Duces & Ducissa de Ixar.

Contra

Excellentissimum Almiratum Castellæ
in causa suspitionum.



Ost cōclusū in causa Comitatus Osonæ, & Vicecomitatum Caprariæ, & de Basso, quam Excellentissimi Dux & Ducissa de Ixar contra Excellentissimos Almiratum Castellæ, Marchionē Aytonæ & alios persequuntur in Regio Senatu ad Relationem dignissimi Senatoris domini Ludouici Besturs Procurator Almirati supplicauit à prouisione denūciationis processus seu cōclusionis in causa ad Relationem magnifici Michaelis

Angeli Llorens Regij Senatoris & ad protelandum causæ decisionem recusauit uti suspectū magnificū Raymundū Rubi de Mar y Mon Regium Senatorem doctissimū, ob id quod magnificus Raphael Rubi & Coll illius pater Advocat' fecerit dicti Marchionis in causa quam contra illū agitauit Almiratus ad Relationem magnifici Michaelis Angeli Llorens Regij Senatoris & antea ad Relationem magnifici Hieronymi Senjust quam similem & connexā esse contendit Procurator Almirati causæ vertenti ad Relationem

2
tionē magnifici Ludouici Besturs cum in ea etiam agatur de eisdem Comitatu, & Vicecomitatibus obidq; connexionē habeāt ac vna & eadē causa censeātur cū cōnexa vnum & indiuiduū dicātur, vt optimè tradit *Scac. de appella. q. 17. limit. 11. sub nu. 25. Surd. decis. 199. n. 13.* & connexorū idem sit iudicium, *l. 3. §. iudicio contrario, ff. de contra. actio. tutela, Barbosa in locis cōm. lit. C. n. 39.* sicq; dictum magnificū Raymundum Rubi de Mar y Mon in cognitione & decisione dictæ causæ vertentis ad Rela-

tionē magnifici Michaelis Angeli Llorens, & in causa vertēti ad Relationē magnifici Ludouici Besturs interuenire nō posse cū generalibus Cathalonix constitutionibus 4. & 8. tit. de Recusatione omniū iudi. Dispositum sit quod filius nō possit esse Relator, nec interuenire in cognitione, & decisione causarum in quibus pater est Aduocatus.

Dubitatur nunc in causa suspensionum per Procuratorē Almirati propositarum contra dictum magnificum Raymūdum Rubi de Mar y Mon.

Primò, Vtrum Almirato competat ius recusandi dictū magnificum Raymundum Rubi ob allegatam suspicionem ex persona patris sui Aduocati Marchionis Aytona in illa causa.

Secundò, Vtrum dictus magnificus Raymundus Rubi de Mar y Mon uti suspectus per Almiratum recusari possit iuxta constitutiones Cathalonix 4. et 8. tit. de recusatione omni. iudi. vel aliam iuris canonici civilis & Romanorū dispositionem ex eo quod pater dicti magnifici Raymundi Rubi Aduocatus fuerit dicti Marchionis in illa causa.

Tertiò, Deniq; utrū causa qua ducitur ad relationē magnifici Ludouici Besturs contra dictos Excellentiss. Almiratū & Marchionem sit eadem causa cum ea qua vertitur ad relationē magnifici Michaelis Llorens inter dictum Almiratum & Marchionem vel dicta causa sit connexa vel ab ea dependens.

Ad

3

AD primum itaque dicē-
dū est Almirato nō cōpe-
tere ius recusandi dictum ma-
gnificum Raymundum Rubi
ex allegata suspitione, quo-
niam Excellētissima pars hęc
Ducis & Ducissæ de Ixar pe-
tit ad Relationem magnifici
Ludouici Besturs, quod hære-
ditas, & bona fideicommissi
don Bernardi de Capraria se-
nioris ex fideicommissio appo-
sito in testamento illius sibi
adiudicentur repulso Almirato
à successione fideicommissi,
& Marchio Aytonæ, & alij bo-
norum fideicommissi posses-
sores condemnentur ad resti-
tuendū huic Excellentissimæ
parti dictū Comitatum Oso-
næ, & Vicecomitatus Capra-
riæ & de Basso, quæ quidem
bona cum à præcessoribus di-
cti Marchionis acquisita fue-
rint titulo emptionis factæ à
præcessoribus dicti Almirati,
& in ius illorum dictus Mar-
chio successerit sequitur eui-
denter, quod ius dictis Almi-
rati & Marchionis in hac cau-
sa deductum indiuiduum est
cum sit vnum, & idem: nam
cum in venditione dictorum
Comitatus, & Vicecomitatuū
cessio iurium facta sit aucto-
ribus dicti Marchionis per præ-
cessores dicti Almirati, &

per cessionem factam in trās-
lata sint in emptores ea iura
quæ venditores habebant in
dictis bonis, *l. 1. & 2. C. de
actio. & obliga. l. emptor, C. de
heredita. vel actio. vendi. Cal-
das Pereyra de emptio. & ven-
ditio. cap. 24. nu. 12. & vtatur
emptor accessione vëditoris,
l. de accessionibus 14. ff. de di-
uers. & temporalibus præscrip.
quemadmodum etiam trās-
latum fuisset dominiū per tra-
ditionem si venditor fuisset
dominus *l. traditionibus C. de
pac. §. per traditionem insti. de
rer. diuisio. Bart. in l. si sub vna
§. fin. ff. de seruitut. Gomez. var.
lib. 2. cap. 15. num. 21.* sequitur
dicendum quod ius dicti Mar-
chionis & ius dicti Almirati
est vnum, & idem. At in illa
causa vertenti ad Relationem
magnifici Michaelis Angeli
Llorens, & antea ad Relatio-
nē magnifici Hieronymi Sen-
just solū disceptatur inter di-
ctos Almiratum, & Marchio-
nem de validitate, aut inuali-
ditate emptionis dictorū Co-
mitatus & Vicecomitatuū fa-
ctæ præcessoribus dicti Mar-
chionis per præcessores dicti
Almirati qui in dicta causa so-
lum cōtendit alienationes di-
ctorum bonorum fuisse factas
in præiudicium illius contra*

4
prohibitionē alienationis ap-
positam per Nobilem Annam
de Capraria in suo testamēto.

Igitur quamuis in illa cau-
sa prætenſæ nullitatis & reci-
ſionis alienationū dictorū Co-
mitat^o & Vicecomitatuū mag-
nificus Raphael Rubi, & Coll
Aduocatus fuerit dicti Mar-
chionis, & pro validitate alie-
nationū illi patrocinium præ-
ſtiterit, non ex eo competit
dicto Almirato ius recusandi
magnificum Raymundū Ru-
bi vti ſuſpectū in cauſa ſup-
plicationis interpoſitæ per Al-
miratum ad Relationem ma-
gnifici Michaelis Angeli Llo-
rens à prouiſione denuncia-
tionis proceſſus factæ ad Re-
lationem magnifici Ludouici
Beſturs, vel in cauſa vertenti
ad Relationem magnifici Lu-
douici Beſturs inter hanc Ex-
cellentiſſimam partem Du-
cis & Duciffæ de Ixar, & di-
ctos Excellētiffimos Almir-
atum & Marchionem, ſuper iu-
re diuerſo ab eo de quo in illa
cauſa agebatur pro quo po-
ſtulatū non fuit cum Excel-
lentiſſima pars hæc in illa cau-
ſa non fuerit nec iura ſua in
illa deduxerit, Idcirco cum
ius dictorum Almirati & Mar-
chionis ad effectum excipien-
di contra Excellentiſſimam

partem hæc ſit vnum, & idem,
ſequitur quod non competit
dicto Almirato præteſum ius
recusandi dictum magnificum
Raymūdum Rubi cum Iudex
recusari ab eo tantum poſſit
contra quem in eadem cauſa
eſt vel fuit Aduocatus non ab
illo pro quo poſtulat, ſeu po-
ſtulauit quamuis ſecreta cau-
ſæ ei propalauerit, vt optimè
tradit *Mari. Giurba deciſ. 99.*
num. 15. vbi hanc eſſe inquit
veriore, & magis commu-
nem iuris & doctorum ſen-
tentiam iuxta quam in Sena-
tu Siciliae deciſum fuiſſe te-
ſtatur, *Stephan. Gratia. diſcep.*
foren. lib. 1. diſcep. 4. nu. 6. Car-
pan. ad ſtat. Mediola. 61. nu. 2.
tom. 1.

Prætereà non poteſt procu-
rator abſque ſpeciali, & ex-
preſſo mandato Iudicem re-
cuſare, *l. non ſolum 39. §. ſin. ff.*
de procura. & not. Bar. in l. ſi
procurator, ff. de condic. indebiti
Rolan. conſ. 19. vol. 3. Papon.
lib. 7. tit. 8. de recuſatio. Iudicum
Arreſto. 1. Ergo non potuit
Procurator Almirati ſine ex-
preſſo & ſpeciali mandato,
quod non habet magnificum
Raymundum Rubi recuſa-
re. Præfertim cum Iudex poſt
concluſum in cauſa vt ſuſpe-
ctus non recuſetur *Vinius de-*
ciſ.

cif. 363. nu. 8. vbi alios allegat.
 Aut saltem non recusetur ex
 causa quæ de nouo nõ super-
 uenit, vt in nostro casu in quo
 solum propõsita fuit recusatio
 ad protelandum causæ deci-
 sionem solent enim huiusmo-
 di recusationes fieri potius ad
 protelandum causas quam ad
 alium finem, vt inquit *Don*
Frãcis. del Castil. decis. 75. n. 5.

Ad secundũ dubiũ dicen-
 dum est dictum magnificum
 Raymũdum Rubi iuxta Con-
 stitutionem Cathalonix 4. &
 8. *tit. de recusa. omni. iudi.* aut
 aliam iuris canonici & ciuilis
 Romanorũ dispositionem re-
 cusari non posse per procura-
 torem Almirati, nec suspen-
 sũ reddi ex eo quod pater
 dicti magnifici Raymundi Ru-
 bi Aduocatus fuerit Marchio-
 nis Aytonæ in illa causa.

Quia Constitutio 4. *tit. de*
recu. omni. iudi. solum disponit
 quod filius non possit esse Re-
 lator in illis causis in quibus
 pater est Aduocatus.

At magnificus Raymundus
 Rubi nõ est Relator in ea cau-
 sa vertenti ad relationem ma-
 gnifici Michaelis Angeli Llo-
 rens in qua illius pater fuit
 Aduocatus dicti Marchionis,
 nec in causa vertenti ad rela-
 tionẽ magnifici Ludouici Be-

sturs, igitur non potest vti sus-
 pectus recusari, nec prohibe-
 tur in cognitione, & decisione
 dictæ causæ interuenire cum
 Relator non sit qui facilius re-
 cusari potest quam alij Iudi-
 ces, vt optimè tradit *Maynar-*
dus decis. 90. lib. 1.

Nam dicta Constitutio 4.
 solum prohibet quod filius
 non sit Relator in eisdem cau-
 sis in quibus pater est Aduo-
 catus, ergo vt filius Iudex re-
 cusari possit requiritur quod
 pater sit Aduocatus in eadem
 causa in qua filius est Iudex, vt
 declarant verba Constitutio-
 nis, ibi, *en les causas en las quals*
los fills o gendres seran Aduo-
cats, lo pare o sogre dels tals no
puga esser Relador en aquellas,
ni per lo contrari.

Causa autem in qua magni-
 ficus Raphael Rubi fuit Ad-
 uocatus Marchionis Aytonæ
 est longè diuersa ab ea quæ
 vertitur ad relationẽ magni-
 ficu Ludouici Besturs in cuius
 cognitione, & decisione ma-
 gnificus Raymundus Rubi in-
 teruenire debet, & non est ea-
 dem causa cum illa, nec illi
 connexa seu ab illa depẽdens,
 vt infra probabitur, ergo non
 obstat dicta Constitutio 4. *tit.*
de recusa. omni. iudi.

Et *const. 8. tit. de recusat. om-*

6
ni. Iud. solum in hoc disponit quod filius non possit interuenire in cognitione & decisione causæ in qua pater est Aduocatus quia fieri posset, quod secreto pater cōsuleret in causa in qua filius est Iudex, vt expresse verba dictæ constitutionis disponunt, ibi, *alguns Doctors del Real Concell &c. no pogan esser Relador, o Reladors, ni entreuenir en votar en les causes que lo pare, o fill, sogre, o gendre, o cunyat serà Aduocat, o seran Aduocats, è perq̃ poria esser que en secret aduocassen, o aconsellassen &c.*

Quibus quidē verbis clarè probatur, quod ad hoc vt fili⁹ interuenire non possit in cognitione & decisione causæ requiritur quod pater Aduocati officio functus fuerit in eadem causa in qua filius est Iudex, quod quidē facto nostro non adaptatur cum ea causa in cuius cognitione & decisione magnificus Raymundus Rubi interuenire debet sit lōgè diuersa & separata ab illa in qua pater illius fuit Aduocatus Marchionis, vt supra ostensum fuit.

Nam ratio propter quam dicta *const.* 8. prohibet quod filius interuenire non possit in cognitione & decisione cau-

sæ, in qua pater est Aduocatus traditur in eadē constitutione, quia fieri posset, quod secreto pater cōsuleret in causa in qua filius est Iudex vt disponit dicta constitutio, ibi, *è perque podria esser que en secret aduocassen, o aconsellassen,* quæ quidem ratio cum in dicta constitutione scripta sit dispositio illius ad illam restringi & regulari debet, quia dispositiones & statuta restringuntur & regulantur secundā rationem scriptam *l. adigere §. quamuis de iure patronatus, Alderan. Mascard. de interpreta. statutor conclu. 2. nu. 121. Socin. conf. 89. num. 19. lib. 4.*

Hæc autem ratio in qua dicta constitutio fundatur deficit in nostro casu in quo certum & notorium est magnificum Raphaellem Rubi Aduocatum dicti Marchionis mortuum esse antequam magnificus Raymundus Rubi illius filius esset Regius Senator, & sic cessat ratio constitutionis, & consequenter cessat dicta constitutio seu illius dispositio *l. adigere §. quamuis de iure patrona. l. cum te C. de pac. inter emptorem & venditorē cap. cum cessante de appellatio. Tiraquel. in tract. cessante causa num. 11. & 18. Don Ioseph. Sesse decis.*

185. Rota Roma. apud Farina. decis. 437. num. 3. tom. 1. Barbo. in suis iuris Principis & locis communibus littera C. num. 11. vbi inquit hanc sententiam procedere etiã vbi causa expressa est in lege vel statuto.

Igitur dicẽdũ est quod per dictam const. 8. non prohibetur dictus magnificus Raymũdus Rubi in cognitione & decisione dictæ causæ interuenire etiã si in illa diuersa causa pater illius pro dicto Marchione postulauerit cum dictus Aduocatus iamdiu vita functus sit.

Præterea nulla iuris canonici, aut ciuili Romanorum dispositione prohibetur filius quod Iudex esse non possit in ea causa in qua illius pater Aduocati officio functus fuit nec filius recusari potest quãuis eius pater in eadem causa Aduocatus fuerit, vt latissimè probat Carol. de Grassis de exceptionibus except. 24. num. 112. vbi inquit hanc esse veriore & magis communem sententiam, iuxta quam cõsuluit Albanus cons. 92. Robert. Maranra de ordine iudiciorum 6. par. actu 2. de appella. nu. 55. vbi inquit hoc dictum esse annotatione dignum, quia prima facie quis diceret contrarium,

idem tenet Maynar. decis. 91. lib. 1. dicens Iudicem cuius filius in causa patrociniũ præstat recusari non posse nisi in eisdem edibus cũ patre comoretur idem tenet Paponius Arresto. 10. de recusatio. iudicum lib. 7. tit. 9. dicens, quod recusans, recusationes suas ex persona procuratoris, seu sollicitatoris deducere non potest, per tex. in l. qui cum natu maior §. si patroni, ff. de oper. liberto.

Et vbi recusatio depromitur ex persona Aduocati, vt recusatio admittatur, & pro iusta habeatur requiritur, quod idẽ Iudex Aduocatus sit partis aduersæ, cap. postremo cum ibi notatis de appellatio. l. prator, ff. de iurisd. omni. iudi. l. quisquis C. de postulan. Carol. de Gras. de exceptionibus. excep. 24. n. 106.

Igitur si de iure canonico & ciuili Romanorum ad hoc vt Iudex recusari possit ex persona Aduocati requiritur quod in eadẽ causa, & in eodẽ negotio Aduocati officio functus fuerit, & recusari non potest filius Iudex in causa in qua pater est Aduocatus affirmandũ proculdubio est magnificum Raymundũ Rubi recusari non posse ex eo quod illius pater Aduocatus fuerit in illa diuersa causa.

8
Ad tertium denique dubiū dicitur quod illa causa in qua dictus magnificus Raphael Rubi fuit Aduocatus Marchionis Aytonæ non est eadem, cum ea, in cuius cognitione & decisione magnificus Raymū- dus Rubi eius filius interue- nire debet; nec est illi annexa seu connexa, vel ab illa depē- dens; sed diuersa prorsus & separata ab illa.

Et quod eadem causa non sit, & eadem causa dici non possit probatur ex vera iuris & doctorū sententia quæ ha- bet, quod identitas causæ ex tribus cognoscitur ex eadem scilicet personarum condi- tione, ex eadem rei peti- tione, & ex eadem causa pe- tendi; vt probat *tex. in l. cum queritur, cum duabus legibus se- quentibus ff. de excep. rei iudi. & cap. fin. de exceptionibus, & not. glo. in c. de aduersario de excep. Bart. in l. & an eadem, §. qui cum partem ff. de excep. rei iudica. Surd. conf. 312. n. 1. Rot. Roma. apud Aemilium Veral. decis. 93. par. 3.*

Requiritur enim vt eadem causa dici possit, & identitas causæ adsit. Primò quod idē petatur. Secundò, quod eadē sit cōditio personarū. Tertiò, quod sit eadē causa petendi.

Quartò, quod idem in vtroq; iudicio petatur, & ad eundē finem *Bart. in l. sapè num. 3. ff. de re iudi. Vincen. Honded. conf. 30. nu. 50. tom. 1.* Sed hæc nō cōcurrunt in nostro casu ete- nim in illa causa agit Almira- tus in causa verò quæ vertitur ad relationem magnifici Lu- douici Besturs agit Excellen- tissima pars hæc Ducis & Du- cissæ de Ixar, & sic adest diuer- sitas personarum.

Et quamuis in dictis causis agatur de eisdem Comitatu & Vicecomitatibus, tamen quia diuersæ sunt personæ, & diuersum ius, ac diuersa causa agendi, & agitur ad diuersum finem nō adest identitas cau- sæ: nam ad probandum iden- titatem causæ hæc copulatiuè requirūtur quorum vno defi- ciēte corrumpitur identitas, & cor- rumpitur exceptio quæ in idē- titate fundatur causæ, scilicet perso- narū, rerū & finis agendi iuxta *l. cum queritur cum duabus seqq. de excep. rei iudicata, & ea quæ tradit Surd. in conf. 312. num. 1. tom. 3. Rota Roma. apud Ve- ral. decis. 93. par. 3. & Panorm. conf. 50. num. 2. vol. 1. Honde. conf. 30. num. 5. tom. 1.*

Nec concurrunt qualitas iu- ris & causæ petendi quæ ad probandam causæ identitatē requi-

requiritur, quia in illa causa
vertenti ad relationē Michae-
lis Angeli Llorēs agitur inter
dictas Excellentissimas par-
tes Almirati, scilicet & Mar-
chionis de validitate, aut in-
ualiditate alienationū dictō-
rum bonorum factarum per
præcessores dicti Almirati cō-
tra prohibitionem alienatio-
nis factam per Nobilem dom-
nam Annā de Capraria in suo
testamento, & sic agitur in illa
causa ex testamēto dictę No-
bilis Annæ petitione particu-
lari, & in causa supplicationis
per procuratorem dicti Almi-
rati interpositæ ad relationē
dicti magnifici Michaelis An-
geli Llorens in cuius cogni-
tione & decisione dictus mag-
nificus Raymundus Rubi in-
teruenire debet agitur solum
de confirmanda vel infirmāda
prouisione denūciationis pro-
cessus facta ad relationē mag-
nifici Ludouici Besturs. In
causa autem vertenti ad rela-
tionē magnifici Ludouici Be-
sturs in cuius cognitione, &
decisione magnificus Raymū-
dus Rubi interuenire debet
agit Excellentissima pars hæc
Ducis & Ducissæ de Ixar
vniuersali hæreditatis petiti-
one, vt sibi adiudicentur bona
don Bernardi de Capraria se-

9

nioris ex fideicommissō appo-
sito in testamēto illius exclu-
so Almirato, à successione fi-
deicommissi, & condemnen-
tur Marchio Aytonæ, & reli-
qui possessores ad restitutio-
nem bonorum fideicommissi;
igitur diuersum est ius dictarū
partium, & diuersa causa agē-
di cum diuersis actionibus, &
ad diuersum finem agatur in
dictis causis, vbi autem diuer-
so iure agitur non censetur
adesse identitas causæ, sed di-
uersitas, vt latissimè probat
*Claudius Bartazol. in addi. ad
conf. Barth. Bertazol. 551. nu. 2.*
& diuersitas causarum diuer-
sitate specierū inducit *l. cō-
ventionum in principio ff. de pac.
l. 3. §. genera. ff. de acquiren.
posses. & quæ diuersos habent
tractatus diuersam quoq; ha-
bent substantiam l. 2. §. quar-
tus C. de veteri. iur. enuclean. l. 2.
ff. de milita. testamen. & à di-
uersis non fit illatio, sed diuer-
forum diuersum est iudicium,
*l. inter stipulantē §. sacram ff.
de verb. oblig. Stephan. Grat.
decis. 32. num. 8. & decis. 42.
num. 10.**

Prætereà causæ prædictæ
connexæ non sunt, nec aliquo
modo annexæ, nam connexa
dicuntur quæ ad vnum finem
tendunt, & quorum vnum sine
altero

10
altero stare nō potest, vel vnū
pendet ab altero; vt in neces-
sarium antecedens, vel in ne-
cessariū consequens, vt opti-
mè declarat *Mench. de arbitr.*
lib. 2. centur. 2. casu 95. à num. 1.
vbi inquit quod cōnexum di-
citur ex duobus compositum,
& quod cōnectere nihil aliud
est quam duo simul iungere &
ligare.

Vel dicuntur connexa quā-
do sentētia lata aduersus vnū
ex connexis præiudicat alte-
ri, & parit exceptionē rei iudi-
catæ contra alterum ex con-
nexis, vt optimè tradit *Ful-*
nius Pacian. de proba. lib. 1. c. 26.
de connexis, & separatis à n. 87.
vbi optimè declarat, quæ di-
cantur cōnexa: in quibus con-
sideretur connexitas qualiter
in connexis actiones, & iura
communicentur, & in quibus
causis sententia lata aduersus
vnū ex cōnexis non præiudi-
cet altero *Don Ioan. Fran. del*
Castillo decis. 31. lib. 1. n. 4. vbi
inquit, quod si vnum nō pen-
det ab alio, & sentētia lata su-
per vno non parit exceptionē
rei iudicatæ in alio non vidē-
tur capita connexa.

Hinc inquit *Lancel. de at-*
tenta. 2. par. cap. 12. limita. 2.
num. 29. & 30. quod connexi-
tas causarum quoad effectum

attentatorum debet esse talis,
vt sententia in vna causa seu
capite lata pariat exceptionē
rei iudicatæ in alia, & est do-
ctrina *Bald. in cap. 1. circa fin.*
de cōtrouer. feud. apud Par. term.

Sed huiusmodi causæ nō tē-
dunt ad eundem finem, vt su-
pra comprobatū fuit, nec vna
pendet ab altera; & sententia
ferenda in illa causa non præ-
iudicat dictæ causæ supplica-
tionis nec causæ per Excellē-
tissimam partem hanc agitatæ
Igitur nō dicuntur causæ cō-
nexæ, nec vna dependens ab
altera: licet in dictis causis aga-
tur de eisdem bonis cum non
agatur ad eundem finem, sed
diuersum *glo. in leg. cum filius,*
§. 1. de verbor. oblig. Bald. in l.
ampliolem in fine. C. de appella.
Mench. de arbitr. lib. 2. centur. 2.
nu. 6. Bartol. in l. saepe nu. 5. ff. de
re iudi. dicuntur enim inter se
diuersa illa quæ diuersitate fa-
ctorum separationē recipiunt
Bart. & Bald. in l. 1. C. si vnus
ex plurib. appella. & sunt illa
quæ non habent in aliquo im-
pedire negocium principale
Lancello. de attenta. 2. par. cap.
12. limita. 2. nu. 5. Alex. conf.
89. nu. 10. lib. 1.

Nec connexitas aliqua cōsi-
derari potest ex eo quod Mar-
chio Aytonæ incidenter per
mo-

modum exceptionis opposuerit contra Almiratum, quod prohibitio alienationis facta per Nobilem Annam de Capraria nullius momenti esset, nec aliquod ius tribuere posset dicto Almirato cum bona alienari prohibita essent bona propria Don Bernardi de Capraria senioris, & per illum supposita fideicommissio in cuius successione admitti non poterat dictus Almiratus tanquam illegitimus, & quod in causa vertenti ad relationem magnifici Ludouici Besturs principaliter per modum actionis Excellentissima pars hac adiudicationem petat fideicommissi Don Bernardi de Capraria senioris excluso Almirato.

Quia cum hac ad diuersum finem tendant, & in vna causa incidenter per modum exceptionis in altera vero causa Excellen. Ducis & Ducissa de Ixar principaliter per modum actionis proposita sint nullam conexitatem praeferunt praesertim cum de dicta exceptione nulla ratio haberi possit. Et solum ius dicendum sit super validitate, aut inualiditate alienationis dictorum bonorum, & cum Marchio Ayronæ possideat dictum Comi-

11
tatum & Vicecomitatus emptionis titulo factae à praecessoribus dicti Almirati, non licuit dicto Marchioni aduersus Almiratum obijcere dictam dominij exceptionem cum ab illius praecessoribus causam habeat, quia obstat illi exceptio doli, & habuit locum dispositio *tex. in l. si inter, §. 1. cum ibi notatis de pignoribus Bart. in l. rem alienam num. 6. de contrahenda emptione, Statil. Pacificus de Saluiano interdicto inspectione 2. cap. 1. num. 47.*

Et cum de dicta illegitimitate per modum exceptionis seu incidenter nulliter oppositum fuerit in illa causa nihil declarandum venit in illa super dicta illegitimitate: sed solum super validitate, aut inualiditate alienationum: & sic ex deductis in illa nulla consideratur connexitas. Maxime quia ultra quod in illa causa exceptio illegitimitatis incidenter fuit opposita, & non fuit plenè discussa, fuit opposita ad diuersum finem, & diuersum effectum, & sic non inducit conexitatem cum alia causa in qua principaliter per modum agendi ad diuersum finem agitur de adiudicatione fideicommissi dicti Don Bernardi senioris, & exclusione Almi-

Almirati à successione illius, nec sententia ferenda in illa causa præiudicat huic causæ, nec parit exceptionem rei iudicatæ contra eam *Rota Romana apud Aemil. Veral. decis. 93. lib. 3.* vbi fuit decisum quod quamuis reus opposuerit suas generales exceptiones, & succubuerit potest per viam agendi ius suum proponere, quia diuersum est ius & causa diuersa, *Magon. decis. Floren. 31. nu. 34.* vbi inquit quod super exceptione incidenter discussa in vno iudicio potest principaliter iterum cognosci in alio iudicio variato modo, & sine agendi, nec in hoc casu obstat res iudicata, *Bald. in l. si autem in §. quomodocumq; ff. de negocijs gestis.*

Et vbi connexio aliqua considerari posset, quod negatur illa esset diuidua, & separabilis modica, & remota, & non indiuidua, nec aliquatenus considerabilis.

Connexio enim duplex est vna omnino indiuidua in qua habet locum regula quod in connexis idem est iudicium, atq; eadem determinatio, *l. sed si plures, §. filio nu. 4. ff. de vulgari, & pupil. Surd. decis. 199. num. 13.*

Altera vero annexio est di-

uidua, & separabilis in qua non admittitur dicta regula, nec illa procedit nisi quatenus eadem sit ratio in vtroque ex connexis, *glo. fin. in cap. prætereà in fine extr. de offic. & potesta. Iudicis delega. Bald. in l. eum actum, ff. de nego. gest. Fuluius Pacianus de probatio. lib. 1. cap. 26. nu. 28. & 17.*

At vbi diuersa ratio reperitur tunc dispositum in vno ad alterum non extenditur *Bellamera in cap. prætereà num. 7. extr. de offic. & potesta. Iudi. delega. Fuluius Pacianus quem pro omnibus sufficit allegare de proba. lib. 1. cap. 26. num. 28.* Et tunc demum conexa gaudent priuilegijs connexorum quando vnum venit ad determinationem alterius, at si principaliter per se subsistunt tunc non dicuntur per se connexa, sed diuersa *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 26. à nu. 96.*

Et quando connexitas est modica, & à remotis non est consideranda, nec habet locum regula quod connexorum idem sit iudicium *Fuluius Pacianus de proba. lib. 1. cap. 26. num. 85. Craueta conf. 818. nu. 3. vol. 5.*

Nec procedit dicta regula connexorum in condemnationibus in quibus sententia lata aduersus vnum ex connexis non

non præiudicat alteri ob di-
uerfas rationes quæ possunt in-
teruenire in condemnatione
vnius & absolutione alterius
quas optimè considerat *tex. in*
l. denunciaffe, §. queritur, ff. ad
l. Iuliam de adulte. & Fuluius
Pacianus de proba. lib. 1. cap. 26.
num. 87.

Præterea causæ prædictæ
connexæ non sunt vt vna de-
pendeat ab altera, sed quæli-
bet ex eis per se principaliter
subsistit; nam ad hoc vt causa
dicatur dependens necessariū
est, vt tractetur incidenter pē-
dēte negocio principali; nam
si tractatur principaliter non
dicitur dependens sicut causa
dotis dicitur dependens à ma-
trimonio sine quo stare non
potest, nam proceditur in illa
summarie quando de illa tra-
ctatur incidenter ad causam
matrimonij, sed si principaliter
de illa tractatur tunc ordi-
narie proceditur, nec de illa
iudicatur tanquam de re de-
pendenti, vt doctissimè tradit
Pacianus de proba. lib. 1. cap. 26.
num. 96.

Cum ergo causa agitata per
Almiratum sit diuersa ab ea
quæ per hanc Excellentissimā
partem Ducis & Ducissæ de
Ixar agitur contra Almira-
tum super diuerso iure, ac di-

uersis actionibus ad diuersum
finem tendētibus sequitur di-
cendum quod non sunt causæ
connexæ, nec vna dependet
ab altera, nec in eis procedit
regula connexorū, & sic quod
licet pater magnifici Raymū-
di Rubi Aduocatus fuerit in
illa causa per Almiratum agi-
tata cum tamen illa nullam
connexionem habeat cum ea
causa, quæ per hanc Excellen-
tissimam partem agitur re-
cusari nō potest vti suspectus
in ea magnificus Raymundus
Rubi eius filius per procura-
torem Almirati.

Et quia causæ prædictæ nō
sunt connexæ; sed diuersæ Ex-
cellentissima pars altera Al-
mirati nihil de prætenfa con-
nexitate opposuit ante denū-
ciationem processus, nec acto-
rum, & processuum cumula-
tionē postulauit, sed passa fuit
quòd separatim in vtraq; cau-
sa concluderetur, & separatis
processib⁹ procederetur. Igi-
tur frustra opponit nunc de
prætenfa causarum connexi-
tate.

Denique dicitur quod Ex-
cellentissima pars hæc Ducis
& Ducissæ de Ixar agit con-
tra dictos Excellētissimos Al-
miratum, & Marchionem: &
non potest obtinere contra
vnum,

vnum, quin etiã obtineat con-
 tra aliũ:ergo recusari non po-
 test per Almiratum magni-
 ficus Raymundus Rubi in ea
 causa vti suspectus, licet pater
 illius Aduocatus fuerit dicti
 Marchionis in illa causa; cum
 patrocinium præstitum dicto
 Marchioni per patrem dicti
 magnifici Raymũdi Rubi pro
 desse non possit, nec nocere
 huic Excellentissimæ parti in
 hac causa in qua Excellentif-
 sima pars hac non solum agit
 contra Almiratum, sed etiam
 cõtra Marchionem; & sic nul-
 la affectionis ratio magis con-

tra vnum quam cõtra alte rum
 considerari potest ex parte di-
 cti magnifici Raymundi Rubi
 vt tanquam suspectus recusari
 possit.

Ex quibus concluditur di-
 ctum magnificum Raymundũ
 Rubi de Mar y Mon recusari
 non posse vti suspectum: &
 sic declarandum esse suspitio-
 nes propositas per procurato-
 rem dicti Almirati contra di-
 ctum magnificum Raymundũ
 Rubi non procedere, nec di-
 ctis suspitionibus locum esse,
 & ita iuris esse cenfeo salua
 censura Regij Senatus &c.

Rubi, I. V. D.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]